



UB Halle / S.



DISPUTATIO JURIDICA
De 1648
PATRIAPOTE.
STATE

597.

12

6

Quam

Divina adspirante Gratia.

*Ex permisso Amplissima Facultatis Juridicae
in perantiqua Gerana.*

SUB PATROCINIO

Viri Clarissimi nec non Excellentissimi

DN. JOHANNIS MÖLLERI

Professoris Spectatissimi, Fautoris ac Patroni
sui jugiter prosequendi

Publicae ventilationi subjicit

HENRICUS VETTENIUS GOTTIN-
GA - SAXO

*Ad diem 11 Novembris, horis consuetis
In Collegio Saxonico.*

Typis Friderici Melchioris Dedekindi,
Academiae Typographi,
Anno 1648.

237

DISPUTATIO JURIDICA

PATRIMONIA

STATE

Divina ad hunc Genera

Ex permissis

in

Sub

Viri

Dr. JOHANNIS MÖLLERII

Professore

in

Publice

HENRICUS VERTMANNUS GOTTFR.

SAVO

Ad hunc

In Collegio

Typis

Abstrahit

Anno 1648.



IN NOMINE INDIVIDUÆ TRINITATIS.

DE Patria potestate disputaturus, commodissima me esse usurum viâ arbitror, si primo loco de illius definitione, ejusq; Etymologia & diversa significatione, deinde constitutione seu acquisitione; post de ejusdem amissione dixerò. Vetus enim & rationabilis tanquam inolevit consuetudo, ut qui aliquod publicum exercitium sibi pertractandum præsumant, ante omnia Ciceronis illud vulgare axioma l. i. Off. præmittere soleant: Omnis quæ à recta ratione incipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficisci, ut intelligatur id, de quo disputatur: siquidem Artis leges requirunt, ut primò ostendatur, quid & qualis res sit, de qua agitur, & sine postmodum proposito, via quæ ad eum ducit & ratio obtinendi doceatur Donell. lib. i. c. 2. Quapropter, cum definitio tanti ponderis sit, nos absq; ulla longorum logorum ambagine ad propositam materiam accedimus, inq; subsequenti positione ita commodè eam definiri posse haut dubitamus.

THES. I.

Patria potestas est ^(a) Jus ^(b), per quod filij ^(c) cæteri q; descendentes, per lineam masculinam ^(d) ratione personæ & bonorum suorum ^(e) Patri ^(f) subjiciuntur.

^(a) Dicta & ducta à patre. Per potestatem autem non intelligimus Tyrannicam l. ii. ff. de Lib. & posth. l. fin.

A 2

C. de

C. de patr. potest. qualis apud Perfas, quæ erat vitæ & necis
l. 3. C. d. t. l. un. C. de emend. propinq. sed amicabilem & in-
 pietate consistentem: Patria enim potestas potius in pie-
 tat: quam in atrocitate consistit, *l. 5. ff. ad Leg. Pompei. de
 Parricid.* Introdacta autem fuit hæc potestas à Romulo,
 si Halicarnasseo *antiq. Rom. lib. 1.* & Plutarcho credimus,
 Talem enim legem tulisse refert Aldobr. & Mynsing. in
 Comm. Inst. Filius quam diu vixerit, in potestate patris
 maneto. Dicitur hæc potestas etiam nexus paternus in
l. cum oportet 6. §. 3. C. de bon. qua liber. in pot. patr. constit.
 potestatis patriæ vinculum *l. pactum. C. de pactis convent.*
 vinculum familiæ *l. 87. ff. de acquirend. hered.* vinculum
 potestatis *l. sipe 17. C. de donat.* Item sacra patris *l. fin. §.
 fin. C. ad Sct. Tertyll. l. fin. in pr. C. de Curat. furios. l. f. §. fin.
 C. de inoff. testam.* Et absolute sacra *l. in conjunctione 20. C.
 de Nupt. l. cum oportet 6. de bon. qua. lib.* Rationem tradunt
 Sigon *antiq. Rom. lib. 1. c. 8. Tirag. de Nob. c. 15. n. 16. & ex his
 Schönborn. pol. l. 1. c. 10.* Majestas patria *Liv. decad. 1. lib. 4.
 & 8.* Soli autem patri illa potestas jure civili competit
*§. fæmin. Inst. de adopt. §. ceteri de hered. qual. l. mulierem 5.
 C. de adopt. Vult. lib. 1. c. 17. n. 8. l. 13. ff. de suis & legit.* Hinc
 in ipso limine occurrit quæstio illa controversa? *An pote-*
stas patria sit juris gentium, an verò Civium Romanorum pro-
pria? Et intrepidè ex varijs, satis etiam solidis ac ponde-
 rosis rationibus concludo, patriam potestatem ipsâ suâ es-
 sentiâ, scilicet ratione reverentiæ & obedientiæ naturalis
 Juris gentium; ratione verò accidentium & qualitatum
 esse Juris Civilis. *Bacch. tract. de act. disp. 2. in Parerg. Cu-*
bach. cent. 1. Disp. 8. quest. 1. Bernh. Sutbolt disp. 2. aph. 4. Con-
nan. comment. Juris Civ. l. 1. cap. 13. n. 4. Ungepauc exerc. Ju-
stinian. 2. quest. 2.

(b) Di-

(b) Dicitur Patria potestas Jus, eò quod pater illud habeat in liberos, Patri enim solum competit, & imbecilli foeminarum sexui talis potestas concessa non est, quia J. C. constitutum est, eos qui alieno auxilio in rebus administrandis indigent, alios in potestate habere non posse §. 13. *Inst. de excusat. tut. & curat. l. 21. ff. ad L. Jul. de adult.* Et ipsae olim foeminae ob sexus sui imbecillitatem & rerum forensium ignorantiam in perpetua erant tutela: *Ulp. in frag. tit. 11. Treutl. disp. 2. th. 5.* Tum, quia ut res, ita nec persona in plurium potestate esse potest. *l. 5. §. ultim. ff. commod.* Pater enim natura est familiae caput, Rex & Monarcha *Arist. l. 8. Eth. c. 10. & lib. 1. polit. c. ult.* quamvis reverentiam matri non denegemus *l. 4. C. de patr. pot. l. 4. ff. de Curat. furios.* eandem tamen potestatem ac patri non tribuimus: Loquimur namq; de peculiari & propria civium Romanorum potestate. Unde etiam hæc potestas patria dicitur, non matria.

(c) Filij appellatione hic etiam filias intelligimus *l. filij 84. l. quisquis 116. & l. 122. ff. de V. S. & nepotes l. justa 201. ff. de V. S. l. uxorem 41. §. concubinae 3. ff. de Legat. 3.*

(d) Dico per lineam masculinam, quia hi, qui ex filiabus nascuntur, in avi sui materni potestate non sunt, sed sui patris vel avi paterni, sumpta æthiologia *ex §. 3. Inst. de patr. pot. §. foeminae 10. Inst. de adopt.*

(e) Romuli temporibus ita comparatum erat, ut parentibus tam de bonis, quam personis ipsorum statuere pro arbitrio permiffum esset. De bonis quidem ita, ut quicquid acquisierint filij familias, id omne patri, in cuius erant potestate, acquirerent *l. placet 79. de acquirend. hered. §. 1. Inst. per quas pers. cuiq; acquir. excepto pecu-*

peculio castrensi & qf. castrensi. De personis vitæ necisq;
omnis patri competebat autoritas. *l. in suis 11. in fin. de lib.
& posth. l. ult. C. de patr. pot.* ut aut occidere pro modo de-
licti, aut vendere, in exilium mittere, noxæ ob damnum
datum dedere, aut alijs pro arbitrato supplicijs afficere
potuerit *l. 17. de furt. §. ult. Inst. de Nox. act. l. 1. C. de Patr.
qui fil. distrax.* Hodie tamen, si pater properet ad interfi-
ciendum filium, defendere se filius potest, si terminos le-
gitimæ defensionis non excefferit, & sic pœnam parricidij
non incurret; Id enim quod legitimè factum est, nullam
pœnam meretur, *l. 55. de R. J.* Quin imò pramio erit af-
ficiendus filius, qui ob necessariam sui suorumq; defensi-
onem & patriæ, è medio sustulerit patrem. *l. 35. ff. de relig.
& sumpt. fun.* Unde etiam in tantum talem patrem leges
detestantur, ut nec lugendus sit post cædem *d. l. 35. (f)*
Continetur appellatione patris non solum, ex quo quis
immediatè est progenitus, sed etiam avus paternus, o-
mnesq; ex linea paterna ascendentes. *l. appellatione 5. §. l.
justa 201. ff. de V. S.* sed non ita, ut si quis plures ejusmodi
habeat parentes, is in omnium illorum sit potestate. Non
enim rarum est, ut pater & filius in potestate sit uterq;, &
quidem ejusdem *arg. l. qui in serv. 118. ff. de R. J. l. acquirun-
tur 10. ff. de acquir. rer. dom. l. si maritus C. de patr. pot.* Vi-
vente enim avo, pater filium non habet in potestate: cum
ipsemet pater sit in avi potestate, & is qui alienæ potestati
subjectus est, alium in sua potestate habere nequeat. *l. sic
eveniet 21. ff. ad L. Jul. de adult.* Sed tum demum eos in
potestate habere incipit, si ipse morte ejus, in cujus po-
testate est, potestate liberetur.

II. Causa

II.

Causa efficiens est Jus Civile, (a) hinc etiam patria potestas tantum est Civium Romanorum propria. (b)

(a) §. Jus autem 2. Inst. b. t. Non tamen inficias eo, communis non propriae potestatis patriae causam efficientem esse Juris Gentium l. 195. §. fin. de V. S. l. 2. ff. de Just. & Jur. l. 5. ff. de in jus voc. Deut. 21. v. 18. Exod. 22. v. 17. Unde Philosophorum Aquila lib. 1. polit. c. 8. ait, Naturæ lege ac præscripto liberos parentum imperio subjectos esse. Jus verò civile hinc causæ efficientis loco substituimus, quia agimus de patria potestate Jure Civili acquisita. Nulli enim alij sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus dict. §. 2. (b) Reprehendere hinc in §. 2. Inst. de patr. pot. Connan. 2. Comment. Jur. Civ. cap. 13. & Job. Bodinus lib. 1. de Rep. 4. Justinianum volunt hoc nomine, quasi neget alios populos præter Romanos uti Jure patriæ potestatis in liberos, verum falso. Justinianus enim non tam stolidus fuit, ut diceret nullos homines habere liberos suos in potestate præterquam Romanos; sed hoc innuit, quod nulli Talem, Qualem Cives Romani habeant Vult. ad Princip. de Pat. pot. n. 15. Quapropter non omnem potestatem alijs populis adimit, sed in specie Romanam duntaxat: Ideò non ait tantam, uti Bodinus Imperatori falso affingit, sed TALEM, ut intellegamus eum loqui de Universo patriæ potestatis jure, non de unica ejus particula.

III.

Subjectum patriæ potestatis sunt, Pater (a) Avus, Proavus (b) cui quis subjicitur.

(a) Qui immediate filium progenitum habet, arg. l. 1. C.



l. 1. C. b. t. non matres, licet unà omnibus parentibus ser-
vanda sit reverentia l. 2. ff. de Just. & Jur. l. 6. ff. de in Jus
voc. Fœminæ enim, quia Juris civilis non sunt partici-
pes l. 2. ff. de R. J. hanc potestatem, quam jus civile intro-
duxit, non habent, §. fœminæ 10. Inst. de Adopt. ut supra di-
ctum. (b) Non Avus aut Proavus maternus: Parentes
enim requiruntur, qui sunt ex masculina linea ascenden-
tes, quia nec mater nec avia vel proavia, nec avus aut pro-
avus maternus, sed pater aut avus sive proavus paternus,
liberos in potestate habent §. ult. Inst. b. t. Et hic non in-
concinne in disquisitionem vocatur, si quis plures ejus-
modi parentes habeat, in cujusnam sit potestate, an in pa-
tris an avi aut proavi vel ulterioris parentis? Brevibus re-
spondetur: Tempus conceptionis esse spectandum, in cu-
jus enim potestate concipiuntur, in ejusdem potestate na-
scuntur. Quapropter cum nepos concipitur, quando
pater est in potestate avi, licet postea ab avo emancipetur,
tamen nepos in avi potestate nascitur; Sin autem eo tem-
pore nepos concipitur; quo pater sui juris sit, in ipsius pa-
tris potestate nepos nascitur §. pen. Inst. quibus mod. jus patr.
pot. solv. quod tamen cum mica salis intelligendum, nisi
pater interim in alterius, puta arrogatoris potestatem
transierit, quia liberi patrem arrogatum sequuntur, & ar-
rogantis potestati, tanquam nepotes subjiciuntur §. illud
Inst. de Adopt. l. 2. §. 1. ff. eod.

IV.
Objectum sunt filij & filia^(a) nepotes^(b) pronepotes
& abnepotes.

(a) 1. Filij & filia^(a) seu liberi, quos ex justis nuptijs
procreavimus: Die auß einem rechten vnd kenschen Ehe Bett
gebohren

geböhren seyn / *pr. Inst. de patr. pot. l. 3. de his qui sunt sui vel al. Jur.* 2. Filij naturales, qui postea fuerunt legitimati *§. ult. Inst. de Nupt.* 3. Filij adoptivi *princ. Inst. de adopt.* Apparet ergò filios ex illicitis & natura contrarijs, quas lex incestas, nefandas & damnatas vocat, nuptijs procreatos, huc non esse referendos, quia non patris sed matris conditionem sequuntur. Patrem enim hi non habere intelliguntur. *§. si advers. 12. Inst. de Nupt.*

(b) Ex filio nascentes & deinde cæteri descendentes ex masculina linea, *Schneid. h. t. num. 6.* non verò oriundi ex filia, nam ex hac nati utriusq; sexus, sunt in potestate patris sui, qui eos genuit, aut certè in avi sui paterni *§. fin. Inst. de patr. pot.* Mulier enim familiæ suæ caput & finis esse dicitur. *l. 195. in fin. ff. de V. S.* Finis est familiæ sui patris, respectu familiæ paternæ, quia nupta ex illa abit & transit in familiam mariti, sicq; illi, qui ex ea nascuntur, non in familiam patris transeunt, sed mariti: Caput est familiæ nim. mariti sui, quia omnes, qui ex ea nascuntur, transeunt in familiam mariti. Quidam mulierem caput vocant, inde quod commune dominium in domo & rei familiaris administrationem habeat; quapropter *in l. 41. ff. de Legat. 3.* vocatur domina; non tamen quod imperium in domo habeat, sed quod sit condomina scilicet in servos & ancillas.

V.
 Forma sive Causæ patriam potestatem constituentes sunt Nuptiæ, exq; vel veræ^(a) vel fictæ, ut Legitimatio^(b) & Adoptio.^(c)

(a) *Nobilis. Dn. D. Beer in Dissert. aureol. 2. aphor. 7.*
 Nuptiæ dicuntur ab Hebræorum כַּבֵּב vel כּוּבָה i. e. NUB & NUBA, quod ipsis germinare, augere, fructificare & seminare

B

nare

nare significat. *Cyprius de Sponsal. c. 5. §. 33. n. 4.* vel Latinis dicta à nubendo h. e. velando, tegendo & operiendo, quia hoc proprium erat Sponsarum: Caput enim & faciem desponsatæ virginis operiebant, & obnubebant velo aliquo ne virginis pudor proderetur. *Varro lib. 4. de Ling. latin. Treutl. vol. 2. disput. 6. rh. 7.* Hodie tamen illum velandi priscorum morem sublatum esse videmus. Nuptiæ autem, definiente Jcto, §. 1. *Inst. de P. P. §. 1. ff. de ritu nupt.* sunt viri & mulieris conjunctio, individuum vitæ consuetudinem continens. Theologis sunt: Legitima unius maris & foeminæ conjunctio, quæ instituta est à Deo, propter sobolis procreationem, ad evitandas vagas libidines. Requiritur verò ad constitutionem Nuptiarum præcipuè Parentum consensus *l. 30. ff. de R. J. non solum de Jure Civili l. 2. l. 35. ff. de Ritu Nupt. l. 12. l. 20. C. de Nupt. l. unica §. 1. C. de Rapt. Virg.* Alias patri invito suus heres agnascere-
tur *l. in bello 12. §. medio tempore ff. de captiv. & postlim. re-
vers. §. 7. Inst. de Adopt. & jus patriæ potestatis diminuere-
tur, Oldendorp. class. 4. act. 26.* Naturali princ. *Inst. b. t. & ibi Dd. l. 2. ff. de Just. & J. l. 6. ff. de in jus voc. l. 2. ff. de ob-
seq. & parent. & patron. præstand.* Jure enim naturæ præcipitur, ut parentibus ac patriæ obtemperemus. **CANO-
NICO** *c. 1. c. 3. caus. 30. q. 5. c. 12. c. 13. c. 32. q. 2. c. 1. c. 31. q. 2. c. 38. q. 1.*
DIVINO, *Genes. 24. 27. & 28. Exod. 21. 22. & 24. Jerem. 29. Judic. 14. in princ. Matth. 15. vers. 4. 1. Corinth. 4. & argum. Præcepti quarti.* Constat igitur satis ex dictis, parentum consensum in nuptiis esse necessarium: nam consensu nondum adhibito, nuptiæ reputantur irritæ, & liberi ex his nati patris eorum potestati non subjiciuntur §. *Inst. de Nupt.* (b) §. ult.

(b) §. ult. *Instit. de Nupt.* definiri solet Legitimatio, quod sit legis actio, qua liberi naturales efficiuntur legitimi, *Vultei. lib. 1. Jurispr. Rom. cap. 23. Pac. in Analys. Instit. ad d. §. ult. Clariss. Tabor ad d. tit. §. ult.* Modi autem legitimandi hodie præcipuè duo sunt, per quos quis in potestatem redigitur 1. Fit per subsequens Matrimonium. Est autem legitimatio per matrimonium, actus legalis, quo liberi naturales subsequenti connubio legitimi redduntur. Et hic est omnium optimus & perfectissimus modus, maximèq; favorabilis, quo prior macula, quæ liberis ex concubinato adhærebat, q̄s. eluitur: Potestq; talis in Episcopum eligi *secundum gl. in c. innotuit, in verb. conjugata extr. de Electione & elect. potest.* Patri defuncto in bonis allodialibus, imò & in feudalibus successor existere *c. tanta vis est extr. qui filij sint legitimi.* 2. Per rescriptum Principis, quæ est beneficium, quo Princeps jure Majestatis liberis illegitimis jura legitimorum liberorum concedit *Nov. 74. c. 2. & Nov. 89. c. 9. Bocer. disp. 10. thes. 12.* Competit hoc jus Imperatori, Regibus in suis regnis, Electoribus, Camera Imperiali, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Liberis Civitatibus, & Comitibus Palatinis. De his non inconcinnè hîc quæritur? An proprios filios legitimare possint? Neg. quia causæ cognitio in proprio negotio expediri nequit *l. 10. ff. de Jurisd.* Nec est occasio & fenestra aperienda delictis: sed potestate hæc ipsis concessa, ad peccandum illicita. Venere invitarentur, cum scirent spurios à se genitos uno verbo legitimos fieri posse. *Harprecht. ad §. 13. de Nupt. n. 20. Treutl. disp. 2. th. 6. lit. g.* Erat & olim tertius legitimandi modus in usu, per quem liberi redigebantur sub patriam potestatem, qui nominabatur Oblatio Curia, quando scil. liberi naturales

B 2

offere-

offerebantur ordini sive curiæ decurionum i. e. Senato-
rum: Verum quia Reipubl. Romanæ forma hodie muta-
ta est, simul & illa in desuetudinem abiit. *Trentl. dict. loc.
lit. e. Vultei. d. c. 23. Covarruv. in Ep. p. 2. c. 8. §. 7. num. 4.
Heig. de success. legit. descen. n. 190. Don. 2. Comment. cap. 21.
Matth. Stephan. cent. 1. quest. 46.* Dicuntur autem Liberi
legitimati Germ. MantelKinder: quia pater filios, mater
verò filias tempore benedictionis sacerdotalis sub mante-
lo habebant illosq; ita simul legitimabant. *Clariss. Dn. Ren-
nem. in præl. publ.*

(c) Adoptio à Bernb. Sutholt. in dissert. 2. aphor. 68.
definitur, quod sit ἡ ἄνευ σαρκικῆς σωμαθείας ἡ ἐστὶν
alicujus in filium cooptatio, citra conjunctionem carna-
lem. Secundum Azonem in summa sua, est actus legiti-
mus, per quem, qui filius non est, pro filio habetur. Quam
definitionem citat Zasius in l. 1. ff. de Adopt. illamq; appro-
bat Paulus de Cast. in l. filio num. 5. ff. de liber. & posth. Estq;
duplex: Adoptio in specie sic dicta & arrogatio §. 1. Inst. de
Adopt. Illa fiebat olim vel per prætorem vel per popu-
lum *Gell. 5. noct. att. 19. & Ulp. tit. 8.* Hodie tamen fit co-
ram magistratu ordinariam Jurisdictionem habente d. §.
1. l. 2. ff. de Adopt. Et est, definiente Schneid. tit. Inst. de
Adopt. n. 2. §. 1. actus legitimus, per quem filius familias,
qui scilicet habet adhuc patrem naturalem superstitem, in
cujus est potestate, imperio Magistratus efficitur filius al-
terius, hæc fit rescripto Principis: Estq;, quâ homo sui ju-
ris ex rescripto Principis apud acta insinuatus in nume-
rum liberorum adsciscitur d. §. 1. Inst. de Adopt. l. 1. §. 1. l. 2. ff.
d. t. l. 2. C. eod. Dicta est autem arrogatio, vel, quia olim
per populi rogationem fiebat. *Gell. lib. 5. cap. 19.* vel quia
arro-

arrogator & arrogandus interrogabantur: Ille, an velit hunc habere filium: hic, an velit illi esse filius *d. l. 2. in princ. ff. d. t. Pac. in analys. Inst. de Adopt. §. 1.*

VI.

Finis patriæ potestatis est parentum respectus. (a)

(a) Filio enim semper honesta & sancta persona Patris videri debet *l. 9. ff. de obseq. parent. & patron. præstand.* Neq; hanc sanctitatis opinionem affert sacrorum gentilium religio, sed naturæ ratio & conjunctio: quæ Platoni tanta putatur esse, ut neget ullum nos Deorum numen habere præsentius, & rebus nostris magis propositum, quam si ritè honorentur & colantur illi, à quibus initia vitæ lucemq; accepimus. *Connan. lib. 2. Comment. Jur. Civ. cap. 13. in fin.* Hinc Jctus Ulpian. *l. 1. §. 2. ff. d. t. Parentes, inquit, venerari oportet: Et honor parentibus tribui debet l. 2. ibid.* Imò filius reverentiam, obsequium, alimenta, sive, ut Imperator ait, subsidium vitæ debet patri *l. 5. & pen. C. de Patr. pot.* Et hæc quoq; ab emancipato præstantur, *vid. tot. tit. de liber. agnosc. & de obseq. à liber. vel libert. par. & patron. præstand.*

VII.

Effectus patriæ potestatis in toto Jure magnus & multiplex est, nimirum in castigatione, (a) venditione, (b) reverentiâ, (c) contractibus, (d) testamentis, (e) & acquisitionibus (f) &c.

(a) Non in vitæ & necis potestate, quæ olim Dominis in servos §. 1. *Inst. de his qui sunt sui vel al. jur. maritis in uxores, Cesar. lib. 6. Belli Gall. Dionys. Halicarnass. lib. 2. Connan. cit. loc.* Parentibus in filios competebat *l. in suis u. in in fin. ff. de lib. & posth. l. ult. C. de P. P.* ut aut occidere, pro



modo delicti, aut vendere, in exilium mittere, noxæ ob
damnum datum dedere, aut alijs pro arbitrato supplicijs
afficere potuerint, *l. 17. ff. de furt. §. ult. Inst. de noxal. Action.*
l. 1. C. de Patrib. qui fil. distrax. Ulp. in frag. t. 10. Halicar. d. l.
quod etiamnum æquissimum videtur *Bodin. l. 1. de Rep. c. 4.*
ut scelera filiorum justis parentum decretis vindicentur.
Sed in modica castigatione; quia nimis durum & à pie-
tate alienissimum illud Jus erat, ideoq; Impp. constitutio-
nibus paulatim refrænatum & abolitum est. *l. 1. C. de emend.*
propinq. l. un. C. de his qui par. vel lib. occid. Connan. lib. 2.
comment. Jur. Civ. cap. 13. Competit itaq; hodie non fe-
vera, sed moderata, & ratione temperata patri castigatio,
Pinell. ad Rubr. C. de bonis mat. p. 5. n. 17. Non enim in a-
trocitate, sed pietate patriæ potestatis jus consistere debet
l. 5. ff. ad L. Pompei. de Parricid. Et natura tuendæ vitæ po-
tius potestatem, quam tollendæ parentibus dedit *§. 1. Inst.*
de J. Nat. Gent. & Civ. l. 15. in princ. ff. de inoff. testam. Tiraq.
ad l. si unquam in prefat. num. 7. 8. C. de revoc. donat. Steph.
Forcat. dial. 81. num. 4. & seqq. Heig. ad pr. Inst. de patr. potest.
n. 8. Omnis enim vindicta privata prohibita est. *l. 10. ff.*
de Jud. Et si quid gravius deliquerit filius, atq; ita, si opus
videatur majori animadversione, officium patris est filium
offerre Magistratui puniendum *l. 3. C. de P. P. l. milites §.*
ult. ff. de Re milit. Coercitio vero & castigatio libera pa-
tri non adimitur, ut, quicquid hic privatim statuerit ad-
versus filium, dum in sævitiam intolerabilem non abeat, sit
extra omnem noxiam *d. l. 3.* Unde si aliter filius ad obe-
dientiam redigi, & domi detineri non possit, conceditur
patri privata incarceration, *Schneid. Inst. ad tit. de P. P. n. 27.*
quamvis aliàs privati carceris usus sit inhibitus *l. un. C. de*
priv.

priv. carc. Si verò pater acerbè filium tractaverit, emancipare, atq; ita è patria sua potestate eundem dimittere cogitur; quam enim servitiam in dominis non ferunt leges, eam multò minus ferunt in parentibus: Quapropter ut illic dominum cogunt servum vendere *l. 2. ff. de his qui sunt sui vel al. Jur.* Sic hoc casu patrem cogunt filium emancipare *l. ult. ff. si quis à patr. manumiss.* Not: De Jure Patriæ potestatis Saxo nihil peculiariter præcipere, *vid. constit. August. 10. part. 2.* Sed omnia secundum Jus civile æstimare solet. *Conrad. Lagus in compend. Jur. Civ. & Saxon. lib. 2. tit. Von des Vaters Gewalt über seine Kinder.*

(b) *l. 2. C. de Patrib. qui fil. distrax.* Pater enim propter urgentem egestatem & necessitatem famis, victûs gratia potest filium vendere & distrahere, eumq; pignori obligare *d. l. 2.* quia hoc modo tam Pater, quam filius conservatur, quos utrosq; alias perire necesse esset. Nam pater se sustentare pretio pro filio accepto potest, filium verò emptor alere cogitur. Filius autem ita venditus non efficitur propriè & reverà servus, licet servilia officia subire cogatur: pretio quippe à Patre venditore emptori oblato, aut alio mancipio reddito filius liberatur. Olim indistinctè permessa fuit filiorum venditio ex quacunq; causa, *teste Dionys. Halicar. d. l.* Hodiè verò abdicatio illa, jure Romano est sublata *l. abdicatio 6. C. de Pat. Pot.* Quia abdicare est negare filium esse, & de domo abjicere, licet filius sit. Elegans igitur hic oboritur quæstio: An si Pater non quidem famis & inedia, sed alià quâdam necessitate urgeatur, veluti si captus ab hostibus occidendus sit, nisi certam pecuniæ summam hostibus exsolverit, hoc casu distrahere filium suum possit? Affirmativa nobis tanquam Juri consentanea placet *c. 1. §. porro, si dominium. Quæ fuit prim.*

prim. caus. ben. am. l. his solis 7. ibi, satis etiam tacite cautum
C. de revoc. donat. Pinell. in 2. part. rubr. n. 27. C. de bon. ma-
tern. Harpr. ad §. 10. Inst. de Publ. Jud. n. 6. Tiraq. de retract.
lign. §. 26. gl. 1. n. 26. Suid. de alim. tit. 8. priv. 38. n. 14. Num-
quid verò mater etiam propter nimiam paupertatem, a-
liudvè evidens periculum, liberos suos vendere valeat,
major dubitatio est? Nos distinguendum esse putamus in-
ter Jus Justinianicum & inter Jus hodiernum; illo jure
non potest, quia id effectus patriæ potestatis est, quæ in
matrem non cadit §. 10. Inst. de Adopt. §. 3. de hered. qual. &
diff. nec hîc cum Guilhelm. Forster. facimus, quatenus diff.
3. th. 14. ad Inst. matri hanc potestatem hoc jure competere
affirmat: Hæc verò potest: quia idem parentibus conce-
dendum, strictaq; illa patriæ potestatis observatio sublata,
propter legis & rationis naturalis nunc respiciendæ pari-
tatem, atq; in utrisq; parentibus æqualitatem l. 6. ff. de in-
in jus voc. l. 3. C. eod. l. 4. ff. de curat. furios.

(c) Nam filius inter alia sine venia non potest pa-
trem in jus vocare sub pœna 50. aureorum leg. fin. ff. C.
de in jus voc. Imò inter Patrem & filium nulla potest esse
lis l. lis nulla 4. ff. de Jud. nisi de castrensi peculio, & in casu
maternorum bonorum, dann/wann die Kinder sich scheiden
wollen/ soll er ihnen lassen und geben alles ihrer Mutter Guth/
Landrecht lib. 1. artic. 11. Et sic in isto casu cadit inter patrem
& liberos obligatio dandi & tradendi, & licet tali casu li-
beri contra patrem agere non possint, tamen Judicis offi-
cium implorare ipsis non est prohibitum.

(d) Quia nulla obligatio civilis inter patrem & fi-
lium, qui est in potestate, consistere potest §. item inutilis
Inst. de inutil. stipul. tametsi naturalis obligatio contraha-
tur l. frater à fratre ff. de condict. indeb. Nec ex mutuo ob-
ligatur

ligatur filiusfam. quamvis ex alijs contractibus obligetur, quia huc pertinet tit. ad Sct. Macedon. quo juvatur & excipit, si quis in eum agit.

(e) Donare causa mortis filiusfamilias non potest absq; consensu parentis, & nec consentiente quidem patre testamentum facere. *l. qui in potestate ff. de Testam. l. jam 15. de donation. causa mort. princ. Inst. quib. non est permis. fac. testam.* Quia testamenti factio juris publici est: Ideoq; aliquis testamentum facere non potest, privatâ personâ volente & consentiente: veluti servus Domino, filius Patre consentiente.

(f) Quicquid acquirit filius, id acquirit patri suo, *tit. c. de bon. qua lib. & Inst. per quas pers. nob. acquir. l. 1. ff. si à parent. quis man. sit*, Excepto pecul. castrensi & qualicattrensi, *§. 1. Inst. per quas pers. unic. acq. l. cū oport. §. cum autem C. de bon. qua liber. & Adventitio quoad proprietatem d. l. cum oportet l. 1. 2. C. de bon. matern. l. ult. de bon. qua lib. in pot. patr. constit.* Non Profectitio, quia hoc pleno jure patris est, nihilq; de ijs filius disponere potest, & post mortem patris in collationem venit *l. si donatione 13. C. de collat.* Egregium autem hic oboritur dubium: Quod si peculium **Q.** profectitium pleno jure pertineat ad patrem, atq; etiam eo mortuo conferri debeat, frustra videtur hoc filio concedi. Respondet *Bernh. Sutholt. dissert. 6. aph. 56.* Utilitatem in eo esse positam, quod confiscatis bonis paternis, peculium illud maneat filij *l. 3. §. sed utrum 4. in fin. ff. de minor.* Item si filiusfamilias vivo patre emancipetur, neq; peculium expresse adimatur, censetur esse donatum *l. donationes 31. §. 2. ff. de donat.*

IIIX.

Huc usq; de causis Patriam potestatem constituentibus:

C

bus:

bus: nunc itidem de modis eandem dissolventibus.
Recenset autem Imperator noster sex ^(a) modos 1. est
mors naturalis ^(b) 2. Civilis ^(c) 3. Patriciatus digni-
tas ^(d) 4. Captivitas ^(e) 5. Emancipatio ^(f) 6. Adoptio
^(g) quibus etiam adjicimus 7. modum, qui est ali-
mentorum denegatio. ^(h)

^(a) *Tit. 12. Inst. quib. mod. jus P. P. toll.* Quemad-
dum omnium rerum, quas natura profert, certi sunt mo-
di, quibus oriuntur & moriuntur: ita & similis est ratio
rerum arte factarum *l. 35. ff. de R. J. c. omnis 1. Extr. de R. J.*
in 6. Nihil enim tam firmum est, quin rumpi non possit,
ut inquit gl. post Rubr. *Quib. mod. testam. infirm.* Et
quicquid ab hominibus ligatur, solubile est *Nov. 22. de Nupt.*

^(b) *Princ. Inst. d. tit.* Mors naturalis est dissolutio
animæ à corpore, quæ regulariter extinguuntur omnia.
Vult. Jurispr. Rom. lib. 1. cap. 24. pr. Mors enim omnia
solvit, *der Todt machet alle Dinge ledig / c. deinceps 20. Nov. 22.*
& tollit de medio illam personam, in qua radicatum erat
jus patriæ potestatis, quod impediēbat, quo minus filius
sui juris esse poterat. *Sebast. Med. in peculiari tract.* Mors o-
mnia solvit.

^(c) *§. 1. d. t.* Civilis mors est, cum alteruter è civi-
um Romanorum numero tollitur damnatione aut amit-
tendo civitatem solam, aut unà cum civitate & liberta-
tem, Illius generis sunt deportati; hujus servi poenæ *§. 1.*
§. 3. Inst. b. t. §. 1. §. 2. de capit. deminut. Et sicut per mor-
tem naturalem vita sumitur, ita Jus per mortem civilem
Vultej. d. l. num. 3. Jus autem sive potestas patria tantum
est civium Romanorum *§. 2. Inst. de P. P.* adempta nunc ci-
vitate

vitae, adimitur quoque; & ipsum Jus Civis Romani. *d. §. 1.*
 Quibus verò tollitur libertas & civitas, illi hodiè amplius
 non deportantur, qualiter olim depeculatores ararij pu-
 blici vel pecuniæ sacræ *l. peculatus 12. l. 9. ff. ad L. Jul. pec.*
 sed jam vel laqueo vel gladio feriuntur.

(*cl*) §. 3. *d. 1.* Patriciatus dignitas hodiè est dignitas
 consiliariorum, *Vultej. d. loc. n. 5.* Olim Patricij apud Ro-
 manos dicebantur, qui à primis illis Patribus & Senatori-
 bus nati essent. Justinianus autem Patricios intelligit,
 quos Augusta Majestas Patricios fecit i. e. sibi patres elegit,
l. ult. C. de Consulib. ut sunt ij, qui præfunt supremo consilio
 Imperatoris, vel Cameræ Imperiali *die des Kaysers Räthe*
seyh/oder seynd im Cammer Gericht & eliguntur ab Impera-
 tore quasi communis Reip. vel patriæ patres: *Schneidew.*
comment. Inst. ad d. §. 3. Olim quamvis consularis digni-
 tas non liberabat à patriâ potestate, hodie tamen, quia
 correctus est *d. §. 3. per Nov. 81.* Ita, ut omnis dignitas &
 & omne cingulum, quod liberat à curia, liberet quoque à
 patriâ potestate *l. fin. C. de decurion. lib. 10.* Quæritur hic:
 An hæc Patriciatus dignitas etiam ad reliquorum Princi-
 pum, Ducum, Comitum, Civitatum liberarum & cætero-
 rum Imperij statuum Consiliarios extendatur? Affirma-
 tius; quia quisque status Imperij in suo territorio eandem
 vim ac potestatem habere dicitur, quam Imperator in Im-
 perio Romano habet. *Vultej. in comment. Inst. ad d. §. 3.*
 Controverti hic quoque solet; An summus Doctoralis gra-
 dus filium à nexu P. P. liberet? Negantibus assurgimus,
 quia nostrum non est dicere id, quod leges non dicunt, e-
 rubescimus enim sine lege loqui *Nov. 18. c. 5. l. ult. in fin. C.*
de Consul. Distinguimus tamen: An pro sit P. P. filio, an
 non; si prodest ei, in potestate adhuc esse videtur; si verò
 non

non prodest, videtur exemptus è patria potestate *Br. in l. i-
tem 3. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. gl. in l. nepotis ff. d. tit.
& l. i. §. 1. ff. ad Sctum Macedon.* Quid statuendum de Mona-

Q. chismo, an & hic solvit P. P.? Hoc quidem primâ fronte
negandum videtur, sed utraq; sententia suos habet patro-
nos, & non tantum Græcis, verum etiam Trojanis sui sunt
Dij. Distingv. itaq; præeunte Clariss. Fibigio in Colleg.
leg. Aut filius consentiente patre in monasterium trans-
greditur, aut eo dissentiente. Illo modo liberatur à pa-
tria potestate; hoc modo non, quia pater eum potest ex-
trahere, contraq; eum agere, non enim per monasterium
patri jus auferendum. Integra quippe semper debet es-
se patri vindicatio, quando inconsulto eo filius sese mona-

Q. sterio devovit. Num & matrimonium? Si veritatem the-
oricam attendamus, de Jure civili negandum videtur: si-
quidem inter modos dissolvendæ patriæ potestatis nullibi
reperitur, sed semper patriæ potestatis effectus penes pa-
trem hæc in parte remanere legitur *l. soluto matrimonio 2. §.
1. l. 29. l. 22. §. pen. ff. solut. matrim. l. marito 24. §. 2. ff. ad L. Jul.
de adult. l. si quis 12. C. de collat. l. 1. §. ult. ff. de lib. exhib. l. 7. C.
de Nupt. cum similib.* Secus tamen de Jure hodierno & Saxo-
nico; quia per nuptias aut domicilij, mensæq; separatio-
nem liberi è potestate parentum statim eximuntur & sui
juris fiunt, *Arniseus lib. 1. de Republ. c. 4. sect. ult. & andrecht lib.
2. art. 29. const. Elect. 10. p. 2.* Hinc Germanicum illud Freyen/
originem suam traxisse putat *Vult. ad §. 1. Inst. de P. P. num. 3.*

*(e) §. 5. Inst. d. t. l. 24. in fin. ff. de capt. & postl. l. 21. ff.
ad L. Jul. de adult.* Si enim vel pater vel filius ab hostibus
captus, & inde non reversus fuerit, jus patriæ potestatis ex-
tinguitur, quod quidem intermedio tempore fictione
quadam juris semper suspensum habetur *l. postliminium
17. ff. de captiv. & postlim. Borch. ad §. 3.* *(f) §.*

(f) §. 6. d. t. Emancipatio est patriæ potestatis relaxatio sive solutio, per quam filiusfam. è manu i. e. potestate patris dimittitur *Schneidew. ad h. §. Vultej. Jurispr. Rom. lib. 1. cap. 24. n. 13.* Olim fiebat emancipatio ex L. 12. Tabb. tribus imaginarijs venditionibus. Naturalis enim pater filium suum fiduciario patri mancipabat, hoc est, manu tradebat; à quo fiduciario patre naturalis pater unum aut duos numos quasi in similitudinem pretij accipiebat: & iterum eum acceptis numis fiduciario patri tradebat. Hoc secunda & tertia vice facto fiduciario patri mancipabat ac tradebat, ac sic de potestate patris exibat, atq; id solitum olim fieri dicit apud Prætorem, *Connan. lib. 2. comm. Juris Civ. c. 14.* Hodie sublatis istis fictionibus, jure novo & Saxon. per nuptias, aut domicilij, mensæq; separationem aut divisionem fit emancipatio. *Landr. lib. 2. tit. 19.* Der Vater mag den Sohn wohl von ihm sondern mit seinem Gut/ vor Gericht/ das der Sohn annehmen wil/ wie wenig oder klein es sey. *Speckhan. Centur. 1. quest. 82.*

(g) §. 8. d. t. facta sc. ab ascendentibus: si enim avus paternus vel maternus adoptaverit suum nepotem, transit is in adoptantis potestatem ex justa patris sui naturalis potestate *d. §. 8. & l. 10. & l. ult. C. de adopt.*

(h) Quia pater injustè denegans necessaria alimenta filio, amittit jus patræ potestatis: Naturalis enim ratio svadet, ut pater educet liberos pro modo facultatum *l. si quis 5. ff. de agnos. & alend. lib. 1. pen. & fin. C. de alend. lib. Landr. art. 21. lib. 1. num. 3.* præsertim triennio majores *l. nec filium C. de P. P.* Imò necare videtur qui non alit *l. 4. ff. b. t.* Alimentorum autem nomine non modo victus, sed cætera quoq; onera, omnesq; vitæ necessitates comprehenduntur *d. l. 5. ff. d. t. l. 43. & 44. ff. de V. S. l. 6. l. fin. ff. de aliment. vel cibarij. legat. Cellar. in Polit. disp. 3. th. 15.!*

Terminalia sunt!

Sicut æstivis segetum colono
Magnus existit cumulus diebus,
Liberes terræ refecanti adunco
Vomere fundos.

Utq; formicæ graciles per agmen,
Sapè serpentes proprias in ædes
Congerunt raptim nova farræ, cum nos
Sirius ardet:

Sic & occultos Themidis recessus
Cum perinstanter penetrare sudas,
Actuas audes radio hocce laudes

Amplificare,
Splendidum quondam meriti laboris
Præmium sic non deerit Tibi, quod
Ipsa signavit Themis alma, nec non
Augur Apollo.

Dotibus felix animi proinde,
Macte. Successus studijs secundos
Det Tibi fortuna, Patri ut tuo sis
Lumen honorum.

*Hæc mei, in Eximium atq; Eruditissimum
Dn. Respondentem, amici affectus
indicia sunt.*

Theophilus Bergman Gothâ-Thur.
J. U. Studiosus.

Mecht so/ sehr wehrter Freund/ ent-reiß dich derer Leben
Die nur hier unten seyn/ vnd an der Erden kleben/
Gleich hin zu der die auch die Sternen vber- sich't
Vmb welche du so offft so trewlich hast geschwis't
Denn wirstu dieses auch ohn- zweiffentlich erlangen
Was andt solcher Müh Bedienete empfangen

Die

Die Guldne Ehren-Kron/ so dem ist abgesagt
 Der sich in sich verliebt/ vnd nie kein Treffen wagt
 Sieh' Themis träget schon die Lorber-Zier in Händen
 Laß nur dich keinen Fleiß von ihrer Folge wenden.

Drumb

Bring' es nun Fame zu ferneren Sandt
 Mach' es den euffersten Scythen bekand
 Ehle! verleib' es der Ewigkeit ein
 Lasse die Tugend nicht Lohnung-frey seyn.

also

gratulirte des Herrn Respondenten
 zu allen vnd jeden

Dienst-Bezeugungen
 ergebener

Johannes Guntherus No-
 rinbergius, L.L. St.

Wie schön es Musen-Hertz/ vnd was für kluge Sinnen
 In Dir zu finden seyn/ erweist dein Beginnen:
 In dem das Momus-Volck Du gänzlich nicht geacht;
 Vnd nur vielmehr darauff in Deinem Sinn gedacht/
 Wie daß Du mögst den Lohn/ den Tugend gibt/ erlangen.
 Der drey-mahl dreyen Schar hat Dich vorlängst umbfangen/
 Apollo slicht den Kranz/ mich denckst ich sehe schon/
 Den Phoebus geben wird/ den einen-grünen Lohn;
 Auch Venus ist bemüht/ Dich endlich zubeschencken/
 Mit deinem andern Jch/ die Dir dein Hertz wird lencken.
 Drumb fahr nur fleißig fort/ so wirstu nehmen hin/
 Wornach du lang gestrebt/ die Arbeit-Trösterin.
 Die schöne Lorber-Kron/ der Tugend-Lohnungs-Zeichen
 Wird Dir das Musen-Volck mit milden Händen reichen/
 In dem wenn Clotho Dich hat in die Erd gelegt/
 Frau Fama dich mit Lob biß an die Sternen treget.

Seinem vielgeehrten Herrn Bruder
 verfertigte dieses

Georg Lauterbrunn LL. St.

Sonnett.

Saget ihr Musen was heget die Ehre?
Adeliche Tugend auch treffliche Kunst
Häuffet die Zuckerverfüßete Gunst.
Weiter was? Sprecht ihr das Tugend verschre
Nedliche Tapfferkeit/ scharffes gewehre?
Nimmermehr: Solches erweist die Brunst
Selbe zu ehren/wie Perseus sunst
Pfleget/ damit er dem Wunder Thier wehre.
Sintemahl Bruder = Freund ziere die Kunst
Mehre der Liebsten verfüßete Gunst.
Schutte die fette Kunst auffer mit Hauffen;
Halte dich munter: hör! nimpstus in acht;
Zerre die fälschlichen köpffe mit Macht/
Fruchte der Tugend wie Ströme zulauffen.

Dieses schrieb zum
frölichen Andencken

Nicolaus Hanff Ap.

R Ara licet sit avis virtus: rarissima quamvis
Sit litterarum gloria hocce tempore;
Non tamen hoc unquam studijs dimovit acerbis,
Ast sedulam Phœbi artibus operam dedit
Vettius: hinc fructus studiorum sensit opimos,
Pluresq; sentiet futuro tempore.
Nam, Vetti, Phœbus tibi pingvia jura paravit;
Et arte consultoria Themis dabit.

*Paucula hæc suo consanguineo
properante calamo scribebat*

Georgius Meyer.

F I N I S.

ULB Halle 3
004 326 318




f

sb.

WMA







IRIDICA
1648
POTE.

59%
12

Gratia
ulcatis Juridica

NIO
cellentissimi
LÖLLERI

oris ac Patroni
ndi

ubjicit
S GOTTIN-

horis consuetis
co.

Dedekindi,
phi,